



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

§. I. qu[a]e causæ excusent à restitue[n]do statim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

RESTITVTIO. VIII.

Quando sit restituendum.

Restitutio in primis facienda est statim.
num. 54.

Retinens alienum non committit nouum peccatum singulis momentis. Sed toties peccat quoties proponit illud non restituere : & sufficit quod toties proponat etiam virtualiter non restituere, vt in peccatum incidat. num. 55. & 64.

Et toties peccat, quoties vtitur alieno bono, quamuis nil cogitet de restitutione, & quoties potest commodè restituere, si id animaduertit, peccat, quamuis non statuat non restituere. num. 55.

Debitor incertorum, procurans compositionem, peccat mort. donec illam adipiscatur, si cum possit non restituat pauperibus. num. 93.

QVÆ CAUSÆ EXCV-

sent à restituendo statim. §. 1.

A Restituendo statim excusat ignorantia: probabilis iuris, vel facti, & voluntaria dilatio creditoris, & dilatio parum nocens illi,

Xx x illi,

illi, & impotentia restituendi. cap. 17. num. 56. Et impotentia dicitur etiam eius, qui non potest commodè, hoc est, sine iactura vite, famæ, vel damno notabili suæ substantiæ habetque id locum in debitis tam ex contractu, quàm ex furto, vel alio delicto omnium. num. 56. vel excusetur usurarius, vel alius debitor, qui si soluat non habebit unde aliat uxorem, vel filios, vide tit. Usura. V. I.

Non tamen excusatur propter consecrandum statum acquisitum per vsuras, vel aliam iniustitiam. Not. num. 58.

Non dicitur damnum notabile propriæ substantiæ, quòd res alienæ restituendæ sint magnæ, necnò si lucrari desinat re illa quam restitutus est. Sed non procedit hoc ad instrumenta artis, quibus victum parat. Nec excusat damnum propriæ substantiæ quando ex dilatione creditor patitur damnum notabile. num. 59.

Semel iussus restituere sed non restituit, non est absoluendus, nisi adsint tales circumstantiæ, vt Confessarius fiat contentus solò proposito restituendi. cap. 17. num. 53. & cap. 26. num. 6.

Indigens extremè non tenetur restituere quamuis creditor extremè indigeat, nisi dominium rei restituendæ semper remanserit penes creditorem. cap. 17. num. 60.

Excu

§. I. RESTITVTIO VIII. §. I. 693

Excusat damnum corporis vel animæ, eventurum ei, cui debetur; vt quando furiosus, vel iratus, petit ensẽm à depositario: tunc enim est faciẽda restitutio statim, nisi in casu, quo timeretur maius damnum ex retentione quàm ex redditione. num. 63.

Videtur etiam excusare quando probabiliter creditur, quòd ex retentione statim facta sequerentur (propter paupertatem) adulteria, fornicationes, vel alia peccata mortalia in filiis vel filiabus. ibid.

Excusat à restituendo statim timor cadendi à dignitate sui status. curet tamen, ne quid impendat in alios vsus quàm necessarios, & decentes. num. 62. Item excusat quando ex manifestatione debitoris sequitur illi notabile damnum: poterit tamen differre quousque inueniat personam fidelem, per quam restituat. num. 68.

Non excusat dilatio cõfessarij, nisi quando videt, quòd debitor non vult totum soluere statim, nec creditor vult concedere dilationem parum sibi nociuam, & quòd vel nunquam, vel non tam citò, nec tam vtiliter recuperabit, ac si cõcederet dilationem: tunc enim confessor credere potest, quòd creditor esset contentus, si sciret animum debitoris, sicut confessor scit. num. 65.

Non excusat voluntas restituendi paula-

Xx 3 sim

tim, si possit statim. n. 66. Nec mittere alienum per nūtiū etiam fidelē, si de facto non reddatur Domino: quod locum habet, quando dominiū restituēdæ rei translatum fuit in restituētem, aliàs verò secus. n. 67. Et optimū consiliū erit, quòd persona illa petat syngropham à creditore, & reddat creditori. n. 68.

Non excusat relinquere in testamento, si ipse potest statim restituere, nisi probabiliter credat, quòd hæres melius restituet. ca. 17. n. 68. c. 26. n. 29.

Qui non potest statim restituere, debet petere dilationem à creditore. cap. 17. n. 68. nō excusat quòd creditor non petat, si id faciat ob timorem etiā reuerentialē, vel ignorantiam debiti, excusat tamen si cessante metu, & ignorantia nō petat, tunc enim censetur concedere dilationem. n. 79.

*QVÆ CAVSÆ EXCV-
sent à restitutione simpliciter. §. II.*

EXcusat simpliciter à restitutione, Debiti Ecōdonatio, vel remissio liberalis, quāuis nulla sit illatio realis, vel verbalis debiti. n. 45. imo aliquando erit bonum consiliū illam non offerre. n. 76. Erit autem liberalis, si Dominus affirmet se remittere, nisi contrarium constet ex coniecturis. n. 46. & suffi-
cit